

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Tarnow Hermann Loner

**Tuba Iubilaei Lutherani. Hoc Est, Explicatio dicti insignis Habacuc c. 2. v. 4.  
Iustus Fide Sua Vivet : In qua nostra de Iustificatione hominis coram Deo gratuita  
theos orthodoxa confirmatur ...**

Rostochii: Rostochii: Hallervordeus: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742263916>

Druck Freier  Zugang









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn742263916/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742263916/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn742263916/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742263916/phys_0004)

DFG

# TUBA JUBILÆI LUTHERANI.

HOC EST,

Explicatio dicti in signis Habacuc c. 2. v. 4.

## JUSTUS FIDE SUA VIVET:

*In qua nostra de Justificatione hominis coram*

*Deo gratuita gratia orthodoxa confirmatur, Ante ideo  
Pontificiorum & heterodoxa in hoc articulo doctrina parum refutatur,  
partim indicatur, dictumq; hoc à præv; Jesuitarum, Bellarmini, Costeri,  
Ribera expositiōnibus vindicatur;*

Quam,

AUXILIANTE DEO TRINUM

ad ipsius nominis divini propagandam gloriam,  
& reformationis Lutheranæ conservandam memoriam,

*in illustri Academia Rostochiensi*

XVII. Decembris, in auditorio magno,  
horis matutinis,

Publicè examinandam proponit

JOHANNES TARNOVIVS

S. S. Theologie Professor.

RESPONDENTE

HERMANNO LONERO

Strandensi.

• 6(1) •



ROSTOCHII,  
Opera Joachimi Pedani Academis typographi inflata & ducta,  
a Johanne Haller bordeo bibliopola Rostochiensi conducta,  
Anno M. DC. XVIII.



Joh: Decker

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS, EXCELLENTISSLIMISq; VIRIS,  
Illustrissimorum & Cellissimorum Principum ac Dominorum,  
Dn. ADOLPHI FRIDERICI,  
Dn. JOHANNIS ALBERTI,  
Principum Megapolitanorum &c.  
DOMINIS CANCELLARIIS,  
DOMINIS CONSILIARIIS AULICIS,  
Dominis Patronis & Promotoribus meis aeternum observandis.

S.

Quando non ita pridem divini reformationis in religione operis memoriam ante  
seculum ipsum D. Martini Lutheri h. m. opera ac ministerio VVitebergae divinitus  
cepit, & progressu temporis apud nos quoq; feliciter perfecti, grata mente recolebamus, dum  
in hac Academia prophetas minores publicè explico, commodum ad caput prophetæ Ha-  
batur secundum perbeneram: & quia in hoc belat gemma insignis eluet aura illa sen-  
tentia, Justus fide sua vivet, ipse Lutherus me communè facere videbatur, hoc scilicet esse  
illud dictum, quo ipse potissimum de gratuita hominis peccatoris coram Deo Justificatione  
edocet cœperat refutare indulgentiarum, reliquarumq; sufficienstissimo Christi merito  
assuarum satisfactionum in Papatu usitatibus nundinas, volui & ipse de eodem dicto alio  
quantò uberior exponendo, & contra plurimas Pontificiorum depravationes defendendo  
cogitare. Cum adeo digna esset materia, de qua publica hoc tempore institueretur  
oratio, quod ex verbo Dei commentatus in hoc dictum publicè prelegeram, idem cum  
alij quoq; communicandum & publici juris faciendum censui, cum id ipsum quoq; officij  
merit flagitaret ratio. Vefris vero M. M. N. N. & E. E. hoc quicquid est, dedicare ue  
merito debui, ita libenter volui. Præterquam enim quod alij & eftis ut numero plurimi  
ita pondere gravissimis me obstrictum libenter fatuar beneficijs, eandemq; principa  
miti haud clausum in benevolentiam sparsa possum, illud hoc loco reticere nec possum nec  
debeo, quod nuper beftiæ plororumq; commendatione apud Illustrissimos Principes ac Do-  
minos meos clementissimos augmentum mei impetravi & pependi, cuius rei memoriam nulla  
unquam mihi debet oblige. Referre equidem, que Vestra est Amplitudo, & mea te-  
ruitas, nihil quicquam possum: sed tamen, quod possum, quoq; bobus non ingratum fore  
spero, grata mente hoc tantum agnoscam beneficium, grato ore semper prædicabo, & ita me  
jubante Deo, geram ne indignus haec tanta vestra videri queam benevolentia, quam ut im-  
posterum V. V. M. M. N. N. & E. E. erga me conservent, quia possum animi contentio-  
ne, eas rogo & obsecro. Deus V. V. M. M. A. A. & E. E. in Ecclesiæ sue, totius Du-  
catus Megapolensis, & hujus Academie bonum publicum, cui prudentissimus & saluber-  
rimis suis consilij promovendo ipsa nata & facte sunt, diu clementer servet incolunes, id  
quod mecum optant omnes quorum pectora amor iuris perculit & aequi. Rostochij  
Calendie Decembræ. cl. 10. CXVII.

V. V. M. M. N. N. & E. E.

observantissimus cliens

JOHANNES TARNOVIVS.

# ΣΥΝ ΘΕΩ.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗ.

**L**assicum est, Ecclesiæq; Dei maximè commendatum aureum illud Propheta Habacuc dictum, quod cap. 2. vers. 4. extat, *Iustus fide sus vivet.* Dignum itaq;, quo sacerdos ex scholarum regiarum pulpitib; templorumq; suggestis reperito piorum hominum aures personent. Causæ quæ id suadent, licet sint & numero plurimæ, & pondere gravissimæ, nobis tamen impræsentiarum sufficiet produxisse saltem quatuor.

Earum I. sumpta est à Scriptura autoritate, Præterquam enim quod in V. T. à propheta diligenter auditoribus commendatur, & ad æternam ejus memoriam tabulis inscribitur publicis, ter in N. T. idem dictum allegatur, resq; longè maximi momenti inde probatur, quando ad confirmandam Dei justitiam, hoc est, justificationem hominis coram Deo gratuitam per fidem Jesu Christi, & perseverantiam in fide vera, ab Apostolo citatur.

II. Deducta est ab Adversariorum, Pontificium in primis, prætate, qui dictum hoc insigne in se satis perspicuum, suis varijs commentis valde obscurarunt, miserèq; corruerunt, sicut ex sequentibus cum Deo patebit thesibus. Et notatum dignum est, quod in hanc sententiam gravissimè scriptum reliquit Dn. Chemnius p. 1. Exam. C. T. Loc. de Fide. Quia diabolus decretum Dei de redemptione generis humani non potuit impedire, omne suum artificium eò confert, ut organon applicationis vel ipse eripiatur, vel labefacter, vel per hereticos scripturam id ostendentem depravet. Est autem illud ex parte nostra fides sola, sine qua verbum Dei auditoribus nihil prodest quicquam Hebr. 4. 2.

III. Projinde causa hinc profluit ex rei ipsius utilitate, quoniam, ut olim hoc dicto in primis Paulus Pseudoapostolos graviter refutavit, veramq; suam sententiam stabilivit, sic postea eodem præcipue fatus Lutherus contra Pontificios Justitiam fidei constanter afferuit, & præcipuum eorundem fundamentum de merito operum everit, distinctionemq; in fidem informem & formatam rejicit inf. tb. 46. 47. & nobis etiam num hinc valida ad spiritua-

sem illam Babylonem oppugnanda arma suppeditari poterunt.  
Testatur hoc Lutherus ipse, quando hoc dictum hinc inde illo ornat titulo. Dies sej seim rechter Hauptspruch. Faretur idem ipse Bellarm. l. 2. de Iustificatione c. 4. §. 9. eademq; astipulatus Ribera Com-  
ment. in Habac. c. 2. num. 14.

I V. Deniq; causa dari potest ex ejus, quā im merito gra-  
vamus, calumnia depellenda necessitate. Cūm enim Pontificij plenis  
buccis declamarent, doctrinam, quam Lutherus p. m. contra eos  
defendit, novam, & ante seculum in Ecclesia Dei nunquam  
fuisse auditam, vel hinc, Deo juvante, demonstrabimus, & Pro-  
phetarum & Apostolorum doctrinæ eam omnino esse conso-  
nam, imo eandem, horumq; & illorum tempore publicè sonuif-  
fer in Ecclesia. Cūm enim Propheta afferret, Iustus ex fide sua vivet,  
Apostolus verò expresse diceret, arbitramur hominem justificari fide sine  
operibus legi: Lutherus merito conclusit, Homo solā fide justificatur, id  
quod in sequentibus ex hoc dicto probandum est pluribus.

Cūm igitur tot ac tantæ cautæ sint, ut verus & genuinus  
hujus dicti propheticæ sensus in Ecclesia retineatur, operæ nos-  
facturos arbitrabamur precium, si illud hoc ipso tempore publi-  
cè examinandum & meditandum proponeremus, quo festiva  
Jubilæi Lutherani solennitas piorum corda exhilarat, quom illud  
quasi tuba fuerit, quo tempus liberationis ex Papatu instare, jam  
ante seculum, signum dederit Lutherus noster exopratissimum.  
Dux verò erunt hujus nostræ disputationis partes præcipue, prior contine-  
bit Æternum, veramq; hujus dicti explicationem, Apostolicam alle-  
gationem, & applicationem seu usum: posterior habebit æternitatem,  
ejusdemq; dicti à pravâ Pontificiorum expositione & detorsione  
indicationem.

### ΘΕΣΙΣ ejusq; regioœuη.

Thesis 1. Cūm omnes prophetæ Christo testimonium per-  
hibent, quod ipse solus sit, in cuius nomine omnis credens in  
ipsum remissionem peccatorum accipiat Acto. 10. 43. tūm haud  
scio, an ullum in N. T. urgeatur vehementius, quam quod ex  
Propheta Habacuc sumus explicaturi, cūm in eo brevissime ro-  
tius actus justificationis hominis peccatoris coram Deo summa-  
propos-

proponitur, idq; ut ostendamus, videbimus in eo primū prophetiæ  
et actionem & scopum, & textus cohærentiam: Deinde singulorum ver-  
borum ēp̄c̄m̄: Porro quomodo terna apostoli cum sensu prophe-  
tico conveniat allegatio: Et deniq; qua sit nostra in eo contenta  
instructio, in usu monstrabimus, idq; ut felix JEHOVA esse jubeat,  
cum rogatus.

2. Occasio & scopus est vel totius prophetiæ generalis, vel hujus  
dicti specialis. Generalis est: Quando pīe Judæorum reliquæ  
cum à suis popularibus impijs valdè premebantur, iūm à Chal-  
dæis crudelibus una cum sceleratis suis popularibus, se non mul-  
tò post graviter afflīcti etum iri audiebant, valdè angebantur animis  
contrā malit exultabant. In hoc corruptissimo regni Judæ statu,  
misera non modo erat & periculosa piorum conditio, sed & ple-  
na offendiculi, inter quos multi mirabantur Dei patientiam, qui  
ranta ferret scelerata; alij eandem accusabant, quod juxta promis-  
siones datas sues non liberarer, parumq; aberat, quin multi fidei  
facerent naufragium. Hic datus est Habacuc, qui communem  
piorum causam suscipiens effrenem scelerum licentiam magna  
cum libertate arguit, poenamq; mox secuturas prædicit: pios de-  
niq; solatur Dei iustitia, clementia, veritate, qui populum suum  
aliquandiu afflictum omnino liberatus est.

3. Vaticinatur igitur Habacuc propter duo auditorum genera duplii fine  
potissimum: Impijs decretam à Dō poenam inculcat, ut agant  
poenitentiam, pīs eandem proponit, ut scandalo medeatur publi-  
co, eosq; ad patientiam fidei q; constantiam instruat, ne se à Deo  
prorsus in istis malis derelictos conquerantur, sed potius secum  
Deum orent, ut in his serventur miserijs, quomodo propheta  
egregiē tanti mensuram nominis implet, & se verum P̄P̄D̄I,  
h. e. amplexatorem & consolatorem esse demonstrat, dum, ut  
scribit Lutherus noster, populum suum afflictum amplexatur, &  
in ulos reclinat, solatur & sustentat, quemadmodum tristè plo-  
rans puerulus amplexu à matre suscipitor, ut sileat.

4. Specialis verò hujus dicti occasio & scopus est: In præce-  
denti cap. fine mirabundus propheta quæsiverat, qui fieret, quod  
pīi Judæi unā cum impijs à Chaldæis longè se injusto populo  
affligendi, vastandi, captiviq; abducendi hat, in capite 2. repon-

sum Dei subjicit, non esse, quod nimis inde contrastentur, si quis  
dem paulò post futurum erat, ut ipsi vastatores vastentur ab alijs,  
præmunitq; piorum animos, ne in tantis malis prorsus colla-  
bascant, sed se fide verâ erigant, quâ possint in malis benè vivo-  
re, & reliquis inquietis ipsi tranquillè quiescere, ijsq; collabent-  
tibus ipsi queant firmiter subsistere.

5. Vult igitur (ut eadem dicam breviùs & dilucidiùs) h̄c  
adhortari ad perseverantium in fide apprehendente promissio-  
nem Dei, propter Christum justificantem, ratam. Causam addit  
à fructu, quia qui eā est præditus, vivet; qui eā caret, perit. Ex  
his itaq; dicendi causis, juxta auream Hilary regulam l. 4. de Trinie.  
intelligentia dicti sumenda est.

6. Non parum h̄c illustrantur, si textus cohærentiam porr̄  
diligentius introspexerimus. Est autem h̄ec prophetæ nostri concio  
cujus summa cap. 1. & 2. extat, tota Δελογονίη, in qua habentur  
duæ prophetæ nostri quæstiones querulæ, communī piorum  
nomine suscepτæ, & duæ Dei ad eas datæ responsiones. Querela  
prior est, de perdita Iudæorum plororumq; vita, quousq; Deus sit  
pasturus eos impunè abire, qui fratres suos ita nefariè, miserisq;  
modis vexant. cap. 1. vers. 2. 3. 4. Respondet Deus, per misericordiam  
ipsius fieri providentiam, ut una Iudæorum violentia alterā Chal-  
dæorum retundatur, quod summatur proponitur vers. 5. specia-  
tim vero exponitur vers. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Querela posterior est de  
Chaldaeorum immani crudelitate, ex superiori Dei responso nata:  
Cur Deus clementissimus, piorumq; amantissimus, impiorum  
vero hostis infensissimus, permisurus sit per Chaldaeos suum  
populum, quicum fœdus inijt, & in quo proborum nonnulla  
erant reliquæ, tām misere affligi vers. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Ad  
hanc querimoniam, præmisso exordio, quo attentio paratur,  
vers. 1. 2. 3. datum responsum divinum explicatur cap. 2. Prius per Ḥ̄eon,  
in qua hominis injusti facta, justi officia, ac utriusq; condi-  
tio ac eventa exponuntur. vers. 4. Deinde per Ḥ̄eon, quæ  
generalem illam Ḥ̄eos doctrinam ad malos & injustos Baby-  
lonios v. 5. & seqq. & pios ac fide justos Iudæos accommodat.  
v. 20. Summa vero breviter hoc syllogismo unico comprehendit  
potest: Omnis ex infidelitate ebullans perit, & firmiter credens,

vivit.

vivit: Babylonij ex infidelitate ebullant. Ergo pereunt. Pauci  
Iudei firmiter Deo credunt, & hanc fidem patientia Christiana  
probant. Ergo vivunt.

7. Analysis hanc aliquantò prolixius ex lectionibus publi-  
cis huc referre visum est, cum magnus ejus possit esse usus ad  
deregendas adversariorum, misere hunc locum depravantium,  
*et Cato*, quibus illam Augustini ex tract. iii. in Iohann. regulam oppo-  
nimus: Nemo serenissimum sensum nubilosâ contradictione  
perturbet: Consequentia perhibeat testimonium præcedenti-  
bus. Et Hilarij l. 9. de Trin. Dictionum intelligentia ex præpositis  
aut consequentibus exspectetur.

8. Hisce prælibatis, sequitur ipsa dicti prophetici Interpretatio  
*Logica & Theologica?* Illa brevior, haec prolixior & uberior, in qua  
simil erit explicationis nostræ ex alijs scripturæ dictis παραλλή-  
σι; perita confirmatio.

9. Ad rei evidentiam aphorismum hunc propheticum ita Lo-  
gice resolvimus: *Iustus ex fide sua vivet*. Subjectum est Justos, non quibus,  
sed homo, qui fuit peccator in se in iustus, sed iustitia Christi per si-  
dem imputata coram tribunali Dei justus reputatus. Prædicatum est,  
viver. Ubi tamen ex Hebreorum idiotismo futurum in generali  
sententia pro præsenti continuo usurpatur, significaturq; non  
quod futurum tantum est, sed quod semper fuit, est & erit, per-  
petuoq; fieri debet. Vide Buxtorf. in thesauro Gram. l. 1. c. 12. (mibi)  
p. 95. Determinatio est, quā modus, quo prædicatum illi subjecto  
inhæret, demonstratur, ex fide suâ, & quidem exclusivè, solâ, ut  
ex Apostolicâ oppositione tories in Epistolis repetita liquidò pa-  
ter. Unde notamus axioma Theologicum immotum: Fides & opera  
ex articulo Justificationis se mutuo excludunt, & posito eorum  
altero, alterum tollitur. Vide saltem & expende hæc dicta, Eph. 2.  
8. Röm. 3. 28. & 4. 5 & 11. 6.

10. Ubi tamen cave hoc ita intelligas, quasi dicamus, bona  
opera non adesse, nec requiri a justificatis &c. & si que similia  
per calumniam nobis imputantur à Pontificijs. Verum ita habe: Quan-  
do pavida conscientia querit iustitiam, à lege coram tribunali  
Dei accusata, nihil aliud invenit, quo subsistat, quam meritum  
Christi fide apprehensum, cum suam operum iustitiam multis  
modis

modis imperficiam esse agnoscat. alias inter fidem & opera bene convenit, ut inter causam & effectum, arborem & fructum, & illa duo sunt in eodem subjecto simul, sed non eodem respectu: Opera non removentur à justificato, sed à justificatione: non negatur bonorum operum praesentia, sed meritum: Opera non removentur à natura, sed actu illo, quo fides justificat, quo sensu Lutherus noster b. m. in cap. 3. ad Galat. distinguit inter fidem concretam & abstractam, seu inter fidem operibus copulatam & disjunctam, quarum haec coram Deo justificat, & est fides justificans: illa non justificat, sed justum probat, & est fides justificati.

II. Theologica interpretatio ut tanto sit evidentior, pauca ex immediate præcedentibus placet adjicere. Explicaturus propheta responsum divinum ad posteriorem suam querimoniam, expavit primò modum, quo illud impetraverit v. 1. & quo propagare id ad alios jussus fuerit. v. 2. nempe scribendo visionem suam perspicue in tabulis, ut citò ac sine mora percurrere possit, qui quis eam lectorus est. subiectit v. 3. causam, cur uite, imo necessarium sit, illud responsu o divinum scripto consignare, & ad posteritatem transmittere, ut in oculis, ore ac animis piorum omnium veretur jugiter, quia non statim implebitur, sed ad constitutum tempus quod rejecta est à Deo visio differetur, & tum demum existeret, eam temporis illius à Deo constituti finis advenerit, quia effatur illam Deus suo termino, & ad certum temporis determinati finem, quando tandem eventus declarabit, vera fuisse, quæ hic per prophetam prædicta sunt. Non enim mentietur hæc visio, non fallit expectationem piorum, ut nunc quidam me (quæ prophetæ verba sunt) criminantur, ut qui sim vanus propheta, tantum inanibus terribilimentis perturbans, ac vanis pollicitationibus hominum animos lactans. Proinde quisquis pius es, & rectè tuis rebus cupis consultum, etiamsi cunctetur (ut tibi quidem videatur) tamen expecta eam visionem, verâ fide patienti; spe anhela ad rem promissam, ut teneas, quæ est verbi Hebr. ¶ emphasis, sicut ostendit horum locorum collatio 2. Reg. 7. 9. Iob. 3. 20. Ps. 33. 20. Esa. 8. 18. & 30. 18. Dan. 12. 12. Hof. 6. 9. Tzeph. 3. 8. Unde Apostolus id vertens H. br. 10. 36. utitur vocabulo ἀπολύτη, h. e. tolerantiae talis, quæ bene fulta sub cruce manet, non refugii aut labascit,

Nabaseit, sed promissionibus Dei firmiter inhæret, ijsq; se sustentat, nullaq; ratione inde se dimoveri patitur: cui opponitur ibidem v. 39. οὐσιῶν subductio sive subtractio, quæ mala non sustinet. Confer. thes. 17.

12. Illam autem παρουσίαν & παρόντος Hebr. 10, 35. hic requirit noster Propheta, quando ait, exspecta eam, nam omnino ventura est. (id quod tritus ille hebraismus, veniendo veniet, innuit) ac non tardabit, ultra diem à Deo constitutum, licet diu differatur, quia tardare is demum verè dicitur, qui tempore statuto & condito non venit, non qui longinquum sui adventus præfigit terminum. Deus igitur qui novit temporum articulos Act. 1, 7. & tempore juvat oportunissimo P(9). 10. in se non tardat, carni tardare videtur, cui propter crucis impatientiam & liberationis desiderium omnis mora longa videtur. Quod si ita est, quid pijs queruntur, se affligi, impios florere? parum hoc est, & tandem fiet mutatio 2. Cor. 4. v. 17. 18. nam adhuc pusillam quantulumcunq;, & qui venturus est, veniet, neque tardabit. Hebr. 10. 37. tantum bono animo esse pijs & patientes usq; in adventum Domini, qui appropinquat. Jacob. 5. 7. 8. Si vero accipendum esse hoc membrum de adventu Dei ad auxiliandum quovis tempore, & scopus prophetarum & citatio hujus dicti in allegato loco abunde declarant, quin etiam sequentia idem demonstrant. Perspicuitatis ergo placet rem proponere, syllogismo: Omnis Dei promissio omnino venit ac non tardat. In omni malo pijs facta est auxiliij divini promissio. Ergo.

13. Si quis tamen (quod pleriq; omnes faciunt interpres) καὶ τὸ ἔχον visionem ac promissionem de Messia adventu ex communī Patrum sententia, hoc loco intelligendam putet, contra analogiam fidet non peccat, inoddō seiat, se, quæ in genere hic dicuntur & de typo, intelligere in specie ac de antiypto. Omnes enim populi Israëlitici ex captivitate liberationes, redemptionis per Christum futuræ typos fuisse, libenter concedimus.

14. Obiter hic notandum, nos cum Lutherò de visione hæc interpretari, quæ alij, atq; inter eos non pauci, qui homiliae ad populum instituunt, versione valg lat. decepti, de Deo accipiunt, cujus tamen hoc loco non sit expressa mentio. nisi ita velis hæc

conciliare; quod Deus cunctetur & vetiat, quando differtur aut  
completur ejus promissio. Neq; est, quod quis ex genere  
masculino argumentetur, & h̄ic & Hebr. 10. adhibito. **¶** enim  
masculinum est, & h̄uc recte quadrabit, & Hebr. 10. generale no-  
men **λόγος** τοῦ οὐρανοῦ bene potest subintelligi.

15. His verò missis ad textus explicationem revertimur, in  
qua sequitur: Sed vide sis, quomodo hac saluberrimā admoni-  
tione prophetæ ad patientiam Christianam, utantur cūm injusti-  
tūm justi, id quod his verbis ipse declarat: Ecce, cūm omnium  
esset & ex re omnia, huic meæhortationi acquiescere, Dejç; pro-  
missionem spe firma exspectare, is in quo non est recta anima ejus;  
in eo illa semper ebullat, ipse homo extollitur, effert se ac super-  
bit, elatoq; animo confidit, se vel proprijs suis, vel aliorum ho-  
minum præsidij contra omnem fortunæ eventum fatis esse mu-  
nitum, & cūm frusta ita elatos, nulloq; firmo manamine nixus  
in clivum specie videtur assurgere; & permagnas mons effici,  
ebullat tamen, non magis est solidus, quam bulla, quæ mox cre-  
pat, & suā ipsius imbecillitate rumpitur ac evanescit quam ce-  
lerrimè.

16. Hæc est ἡμέρα vocis Hebr. **τῇ ἡμέρᾳ**, quæ est 3. fæm.  
lug. præt. Pual, & ad nomen sequens **υἱού**, alias commune, hoc  
loco fæmininum refertur in textu, quæ à plerisq; interpretibus  
ad ipsum hominem transfertur in genere mascul. Ipsam verò  
vozem Hebræam reddiderunt adeò variè, ut vix duos inter se hic  
concordare videoas, quorum explicationes brevitatis ergò malo  
spud. Drusum, Riberum, Gautherum & alios videri, quam hūc affers,  
qui sat habeo, illam, quam attuli, probasse interpretationem.  
Est enim illa vox Hebræa à R. **τῇ ἡμέρᾳ**, quæ I. propriè denotat cliv-  
vum seu editiorem terræ parrem 2. Reg 5. 24. 2. Chron. 27. 3. & 33. 14.  
Nehem. 3. 26. & u. 21. Esd. 32. 14. Mich. 4. 8. II. Per metalepsin au-  
tem significat munitionem vel arcem, quoniam hæc plerumq; sibi imponitur, ut sit naturā loci munitio. III. Per metapho-  
ram deniq;, quando scilicet transfertur ad homines improbos,  
notat animi elationem, superbiam ac confidentiam, unde ver-  
bam

Bum ex eo deductum in Hiphil significat in alcum contendere, & quidem impetuose, magnâq; animi confidentiâ aut præsumptione. Num. 14. 44. quæ omnia si conferamus cum præsente loco & prophetæ scopo, qui est, ut ostendat, improbos se ipsis potius alijsq; rebus instabilibus, quæm Dei promissione niti, quâ tamen salvatur justus, facile de sensu vocis Hebræz, & veritate nostræ interpretationis constabit, à quâ, quod ad rem ipsam, non procul recedit Lutherus, ita vertens. Wer halstarrig ist/wird keine ruhe in seinem Herzen haben/ tantum, quia termini in hac propositione (cujus animus non est rectus, ebullat) sunt converribiles, quod est in textu Hebr. subiectum, apud eum locum prædicati tenet, & pro eo, quod nos ex Hebræo dicimus, in quo non est recta anima ejus, ipse sensum respiciens & eventum, reddit, qui nunquam quiescit, siquidem improbis nunquam est pax aut quies Esa. 48. 22. & 57. 24. 25. quam hoc loco fide querendam suaserat propheta.

17. Hac autem periphrasi scriptura notat improbos, quod illorum cor seu animus non sit rectus (qua de-re diximus Mich. 6. 3. & 7. 2. 4.) hoc est juxta scripturæ & sanctæ linguæ stylum (ubi sèpè negatio contrariam affirmationem vehementissimam innuit) depravatissimus, corruptissimus, pessimus. qui verò talis, eum non probat Deus, quod ex Græca versione citans Apostolus ita vertit. Hebr. 10. 38. εἰ τὸ οὐλέατο, τὸν ὄδοντα ἡ ψυχή με ἐν αὐτῷ, h. e. qui se ex infidelitate, securitate aut metu seduxerit vel subtraxerit à promissione mea, ille quia animus ejus rectus non est (inquit Deus) mihi non placet, meoq; animo non probatur. Et sic neq; in his verbis diversa Apostoli & prophetæ est sententia, quin imò hic etiam lapsu Græcorum interpretum, dum pro Ψῶι, quod est in textu Hebræo, legerunt ψωι, benè usus est Spiritus S. ut alias à nobis declaratum est pluribus Amos 5. 25. Quod verò nonnulli, ac inter eos præcipue R̄ibera vulgata versionem latinam, quæ habet, qui incredulus est, ita eunt defensum, quod sit is, cuius cor fide non est illuminatum, cùm vox Hebræa significet tenebras, in eo insignem suam produnt inscritiam, confundentes literis cognata, significatione verò diversissima. לֹא יָמַל nempe cum לֹא יְמַל.

B 2

Atq;

18. Atq; ita se habet impij hominis conditio, qui, ut cum  
Evangelista Græcè dicam εμφαλικῶν, μετωπίζεται, i. e. ani-  
mi pendet, suspensus est & anxius, de qua voce vide plura apud  
Chemnit. p. 2. Loc. com. contra verò Iustus per fidem in Christum, quā  
meritum ejus sibi applicat, & de se proflus desperans in Salva-  
torem mundi sperans, propter hunc se Patri placere certò sibi  
persuadens, vivet & salvabitur ex fide suā, suā, inquam, non alie-  
nā, sed eā, quā velut manu, quæcumq; bona à Christo nobis sunt  
parta, ad se rapit & sua facit. Hanc tamen particulam (suā)  
Apostolus omisit cum suo proposito non multū inserviret in  
ijs locis, ubi de Justificatione hominis agit in genere: Et cùm  
sensus erat in tuto, cura ei de verbis non fuit, ut hactenus rectè  
dicit Hieronymus, & alias sat multis exemplis probavimus in Amos 5.  
25. 26. Sæpè in citatione dictorum V. T. in N. omitti quædam,  
quaæ ad præsens negotium non pertinent. Quærebatur autem  
inter apostolum & ejus adversarios, quā re justificatur homo co-  
ram Deo? Respondebat ipse, fide; hi, operibus. Ille suam asser-  
tionem probat, citans hoc prophetæ dictum, ἐδὲ δικαιοῦσθε οὐκ  
τούτοις quod ad quæstionem propositam probandum  
sufficere poterat, qua de re postea quoq; pluribus

19. Hic verò illud notandum, licet in textu Hebræo sit par-  
ticula δικαιοῦσθε, quaæ propriè significat In; sæpè tamen eam rectissimè Græcè  
verti per δικαιοῦσθε vel εἰς, latine ex. confer Deut. 6,5. & Marc. 12,30. Luc. 10,27.  
& cum hoc prophetæ loco versionem apostoli Rom. 1,17. Gal. 3,11.  
Hebr. 10,38. Sæpè per Δικαιοῦσθε seu per. expende Deut. 32,21.  
Ps. 78,2. Ioh. 1,4. Act. 17,28. Ps. 18,30. Matt. 17,21. Phil. 4,13. Sæpe sim-  
pliiter per ablativum apud Græcos reddi, quando notat instrumen-  
tum &c. quæ de re vide Buxt. thes. Gram. l. 2. c. 1. reg. 1. p. (mihi) 444. ibidem c. 20. p. (mihi) 514. Unde hoc licet colligere, in δικαιοῦσθε in hoc articulo apud Paulum esse, εἰς τιστας Δικαιοῦσθε, τισται, id quod in uno loco videre est. Rom. 3,18,22,26.

20. Quod autem nomen Hebræum δικαιοῦσθε hoc lo-  
co potius fidem, quam veritatem denotet, Lutherus noster contra  
Iudeos probat in Comm. in hunc prophetam Tom. 3. Ienensi Germ fol 208,b.  
Nobis sufficit, quod Apostolus ita vertit, & adversarij Ponti-  
ficij

scij non contradicunt. Placet tamen adjicere, quod ipsa vox sit à verbo, quod in Hiphil propriè significat creditit, fīsus est, & quod vocula Amen cognata, quæ in precibus est applicationis nota, idem innuat, de qua Chemn. p. 2. L. C. de vocabulo fidei.

21. Fuit dicti prophetici explicitatio, & hujus ex scripturæ locis προφητείας desumpta probatio: sequitur ejus ab Apostolo ter in N. T. facta allegatio seu citatio, & hujus cum propheta conciliatio. Primum citatur hoc dictum à Paulo ad Rom. 1. 17. Justitia Dei in eo (Evangelio Christi, cuius se nequaquam pudere afferit, cùm sit potentia Dei ad salutem omni credenti. v. 16.) revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est, Justus ex fide vivet.

23. Continetur his verbis propositio dissipatione futuræ de Iustificatione hominis, ejusq; causa instrumentalis respectu nostri, nempe solâ fide, contra pseudoapostolos tūm pāssim dōcentes, præter fidem in Christum, etiam requiri ad hominis iustificationem coram Deo opera legis &c. directæ, quam ita tractat Apostolus: Aut operibus iustificamur; aut fide. Sed non operibus. E. fide. Assumptionem probat, quia vel ex operibus legis naturæ, vel ex operibus legis Mōsaicæ iustificantur homines. Non illud, ut in seqq. hujus cap. 1. versibus probatur: neq; hoc, ut in 2. cap. declaratur. Ergo neq; gentes; quæ tantum habent legem naturæ cap. 1. neq; Iudæi, qui præterea etiam legem Mōsis acceperunt cap. 2. operibus iustificantur, sed omnes coram Deo sunt peccatores. Iustificantur autem fide in Christum cap. 3. cuius gratuitæ iustificationis exemplar est Pater omnium credentium Abraham, & David testis cap. 4.

24. Ex scopo hoc & propositione Apostoli id liquet, quod I. de ipsa iustificatione hominis peccatoris, seu in se impij, coram Deo agat. II. In Evangelio illam iustitiam, quæ coram Deo iustificetur homo, revelari, ejusq; beneficio offerri afferat. III. Per fidem seu credendo conferatur. IV. Hæc omnia in dicto Prophetæ Habacuc contingantur, quippe quod ad illa probanda statim in initio adducitur.

25. Dubium h̄ic oritur, quomodo hæc applicatio rectè fieri possit, cùm finis alius propositus videatur Prophetæ, nempe horari jūstum ad perseverantiam in fide, tempore calamitatis; &

B 3                      alius

Si fratres Abraham, n̄ ut ait mentio in putatur.  
Sed et quidam ac ostendit approbantur Chri. iusti-  
tianæ p̄ficiuntur Paula et cum Apro Jacobus in cap. 2. fuit  
obea v. 22. in fide, fidem. Cooptata fuisse op̄ib⁹ Abraham  
et fratres eiusdem commentator etc.

alius Apostolo, qui est, ut prober, quod is, qui sit in iustus, iustus coram Deo fide fiat, & ut dicam verbu Pontificiorum, qui potissimum hæc urgere solent, quod ille de secunda, hic de prima hominis iustificatione loquatur. Sed respondemus, quod utriusq; loci eadem sit sententia, idemq; finis in thesi, licet non itidem in hypothesi. vide thes. 31.

26. Sententia prophetæ est generalis, ostendens quâ in reverè pijs in medijs tentationum & calamitatum quarumlibet procellis tutò conquesceret, & in ipsis mortis angustijs, secure vivere possint ac debeant. Ait propheta, id fieri unicâ in Messiam fide, quâ, cum sciant, se esse justificatos, & apud Deum in gratia, omnia mala magnō contemnunt animo. Confer Rom. 5.1. & 8. 30. 31. 32. &c. Finū est, ut proinde in his præsentibus quoq; malis per Chaldæos mox inferendis, & posteā per alios tyrannos infligendis, confidant pijs Judæorum reliquiæ. Ubi noto Canonem Theologicum: Disti occasio potest esse specialis, & dictum generale. Confer Ps. 14. 1. Rom. 3. 10. 11. Matth. 12. 43. Rectissimè igitur, quod in genere dictum erat à propheta, apostolus ad præcipuum fidei officium in specie applicat, ostendens, quod nemo vivere queat in summis spiritualibus angustijs, & mortis æternæ fauibus, quam peccatis suis se præmeritum videt homo legis minis perterritus, nisi justus, & quod nemo justus sit apud Deum, nisi fide in Christum, quæ ex Evangelij promissionibus acceditur. Syllogismo rem proponeamus: Quâ re homo coram Deo vivit, eâ quoq; justificatur coram Deo. Sed fide vivit, ut testatur Habacuc. Ergo illa justificatur, quod inde colligit Apostolus. Connexio majoris firma est, quia, quâ re homo semper vivit, eâ etiam in ipsis mortis æternæ angustijs, quando coram Dei tribunali à lege accusatus, à diabolo territus, ab inferno deglutiendus morti est proximus, & tamen per Christum legis finem, diaboli victorem, inferniq; vastatorem fide apprehensum liberatur ac justificatur &c. Vel brevius in forma: Omnis salvandus justificatur. Omnis vivens salvatur. Ergo omnis vivens justificatur. Syllogismum verò à nobis supra productum alij uberioris sic proponunt: Per quod vita spiritualis in vera iustitia consistens, nobis confertur, illud vim justificandi per se habet, nec aliunde illam

illam sortitur. Sed per fidem justificantem vita spiritualis, i.e.  
vera justitia consistens, nobis confertur. Ergo fides vim justifi-  
candi per se haber, nec aliund illam sortitur. Confer ipsius  
*Bellarum. argumentum simile inf. thes. 4. productum.*

27. Eadem omnino ratio conciliationis est Prophetæ & Apo-  
stoli, cùm iterum ab eodem citatur idem dictum Gal. 3. 11. nam eadem  
omnino subiecta materia & quæstio est, quæ re homo coram Deo  
justificetur? Num operibus legis, ut docebant Pseudoapostoli,  
qui Galatas seduxerant, an verò fide? Illud negat Apostolus,  
quia omnes, qui ex operibus legis sunt, ijsq; nuntiuntur justificari  
coram tribunali Dei, sunt sub execratione, quia non omnia, nec  
omni & rato vita tempore, non omnibus viribus, debitâq; per-  
fectione mandata Dei in lege impleverunt, idq; probat ex Moysi  
Deut. 27. 26. Hoc asserit, videlicet quod solâ fide homo justificetur  
coram Deo, assertionemq; suam firmat Prophetæ nostri testimo-  
nio: quæ sunt adeò claræ, ut nonnulli ex Pontificijs contra suos  
socienos pluribus demonstraverint, Apostolum hic agere de  
vita gratiæ, quæ nulli contingat per opera legis, sed per fidem  
Iesu Christi. Vide Comment. Ribera in c. 2. Habac. num: 16. 17.

28. Id saltem hic vel maximè observare convenit, quod  
quando apostolus omnia legis opera, immo totam & omnem le-  
gem ab actu justificationis removet, primò omnino vi opposi-  
tionis apostolica sequatur, hominem solâ fide coram Deo  
justificari, id quod Lutherus contra Papatum adeò constanter  
ursit, & nos merito cum scriptura & eo tuemur, qua de re sup.  
thes. 9. Secundò, vana esse illa Pontificiorum *legitima*, quan-  
do legem naturæ, ceremonialem & forensem à justificatione  
excludi dicunt, non moralem: quando inter opera naturæ,  
liberiq; arbitrij viribus solis facta, & in statu gratiæ ab hominibus  
justificatis profecta ita distingunt, ut illa ab Apostolo rejici-  
tantur, hæc salutem efficere asserant, & hæc homini justo esse  
necessaria ad salutem, non solum ratione præsentia, sed etiam  
ratione efficientia, ut loquitur *Bellarum* l. 4. de Iustif. c. 7.

29. His pro ratione instituti nostri breviter expeditis, pro-  
grediemur ad locum tertium in N. T. ubi hoc prophetæ nostri dictum  
allegatur. Is autem est in epistola ad Hebreos c. 10. v. 38. ubi Scopus

Aposto-

Apostoli est, hortari ad Christianam patientiam in persecutionibus, quæ mora auxilij divini maximè solet labefactari: Id ne fiat, apud Hebreos conversos valde laborat Apostolus, & à merecede seu præmio subsecuturo, à temporis brevitate, impatiensq; damno maximo argumentatur hunc in modum concludens enthymemate: Vobis magnum propositum est præmium v. 35. certò ex promissione reportandum. v. 37. contra à Deo reprobabimini, si non constantes perseveraveritis v. 38. Ergo patienter tolerate vestras afflictiones, in versus 35. 36. parte priori. Major, utpote notissima, & alijs scripturæ in locis probata, omisfa est.

30. Ubi ne quis dicat, Unde vero tanta nobis contingit patientia seu Christiana constantia? ad fundamentum ejus & statutum firmissimum recurrat Apostolus, ostendens fidem solam esse, ex qua illa oriatur, nam qui fide justus est apud Deum, ut docet Habacuc, ille etiam inde vivit, firmiter sperat, mala tolerat, nec ullo modo se à divinis promissionibus abduci sinit per impatientiam. Apostolus enim hic non citat Prophetæ dictum ad justitiam fidei stabilendam, ut in prioribus duobus locis, sed tantum verbis Prophetæ vitam æternam hebreis promittit ex fide, & eam retinuerint & probaverint in malis.

31. Sic igitur manet dicti Prophetici in terra allegatione sententia, quæ est, quod idem vita & justitia semper tenendus sit modus, quem credentes fide in Christum consequuntur, tandemq; fidem postea, dum per afflictiones plurimas ad regnum cœlorum contendunt, probent per Christianam patientiam, aliasq; virtutes plurimas &c. licet alia sit Prophetæ, alia Apostoli iuris, quia non habetur hic ratio singularis istius facti seu causæ, de qua agitur, sed juris ejus, quod apud Deum immutabilem semper obtinet, & de quo vere pius, quocunq; etiam vivat tempore, monendus est, quomodo omnia, quæ ante scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse, jam pridem docuit Apostolus Rom. 15. 4. Unde ne ipsas quoq; historias quisquam exciperet (quippe quæ de singularibus hominum dictis, factis, casibus &c. agant) ipse modum, quo & illæ nobis inserviant, ostendit optimum. I. Cor. 10. 6. II.

32. Restat

32. Restat jam in thesi nostra hujus dicti applicatio seu usus. Is  
vero est longe amplissimus & multiplex, placet tamen hic sequi  
methodum prescriptam ab Apostolo 2. Tim. 3. 16. Rom. 15. 4. &  
breviter ut εν τύπῳ ostendere, quomodo haec doctrina divinitus  
inspirata utilis sit, ἡδασηαλία, ἐλέγχος, ἡρά-  
ροθων, παιδεία, παραγένησις, ad dogmatum  
verorum confirmationem, falsorum refutationem; ad morum  
malorum correctionem, bonorum instructionem, hominumq;  
in fide infirmorum calamitatibusq; oppressorum consolationem.

33. Διδασκαλία.] Docemur hic expressè, quā re homo ju-  
nificetur coram Deo, cuius rei interpretē ac testē omni ex-  
ceptione majorem habemus Apostolum, ut in p̄cedenti mem-  
bro vidi mus ibid. 23. 27. Quæstio hæc sanè omnibus seculis  
omnium fuit gravissima inter eas, quæ in Ecclesia Dei rectè sunt  
motæ, & acriter cum hæreticis agitatæ, quæ de re qui volet, videat  
Dn. Chemnit. p. 2. L. C. loc. de Iustific. cap. de Certaminibus. Dum enim  
dicitur, Iustus ex fide suâ vivet, docetur, quod causa instrumentalis  
ex parte nostræ, quā homo meritum Christi, pro peccatis totius  
mundi, vita & morte suâ satisfacentis, sibi applicat, ut mendicus  
quasi manus apprehendit, & ad se trahit thesaurum omnibus in-  
verbo & Sacramento propositum, sit sola fides, hæc homo pecca-  
tor suam injustitiam ex lege agnoscens, omnia bona à Christo  
parta sibi attribuit: hæc, cum solvendo non est, quæ debet, decem  
talenta, solutionem, quam Patri ex iustitia sua eam flagitanti of-  
ferat, à Christo sumit, qui solvit, quod non rapuit, dedit λύτρον,  
imò seipsum p̄ebuit εἰ πλυντος, ut per eum nobis esset δωρόλυ-  
τρων &c. hæc, cum ipse peccator sit nudus & omnibus bonis  
spoliatus, vestem iustitiae & tunicam salutis induit, ut pulcher  
coram Deo appareat &c. Ipse enim Jehova natus ex semine  
David, est nostra iustitia, factus nobis à Patre sapientia, iustitia,  
sanctificatio, redemptio, quemadmodum alias ex scriptura proba-  
tur pluribus.

34. Atq; hæc doctrina generalis est ex toto dicto petita: Si-  
guli autem verba cum expendimus diligenter, speciales hæc doctrinas  
præter alias plures, q̄s contineri videbimus.

C

I. Quod

I. Quod justitia nostra; quæ est fidei; abundare debet; præstantiorq; esse justitiæ Scribarum & Phariseorum; quæ est ex lege; & imperfæcta; multisq; modis polluta; quam si conferamus cum Christi justitia nobis ab eo parva; stercoris rationem habet; Matth. 5. 20. Phil. 3. 6. 8. Ratio; quia ex hac mors; ex illa vita proficit.

II. Quod fides sit firma ac fiducialis apprehensio promissionis de Messia pro nobis nato & dato; pro nobis passo & mortuo; & ob nostram justitiam ex mortuis resuscitato. Hic enim est objectum fidei solus; quatenus illa justificat; quin etiam reliquas promissiones omnes ratas facit; Ioh. 1. 12. Phil. 3. 12. Esa. 9. 6. 2. Cor. 5. 14. 1. Pet. 2. 24. Rom. 4. 25. 2. Cor. 1. 20.

III. Quod fides sit fiducia singularis; quâ fidelis quisq; Salvatorem sibi quærat. Esa. 55. 6. Amos. 5. 4. quæ situm avidè appetat. Esa. 26. 8. 9. & 55. 1. Matth. 5. 6. ad expetitum accedat Matth. 11. 28. Ioh. 6. 35. cùm ad eum accessit; eundem cum sua justitia totoq; merito apprehendat Rom. 9. 30. & hoc sibi applicet; Gal. 3. 26. 27. exemplo Pauli Gal. 2. 20. Thomæ Ioh. 20. 28. Publicani Luc. 18. 13. Ubi noto Lutheri axioma ex Comm. cap. 1. epist. ad Gal. Tota vis fidei in hoc consistit; ut quis benè applicet pronomina.

IV. Quod vere credens habeat vitam æternam; in hac vita spe; in futura ipsa re. Ioh. 20. 31. 1. Pet. 1. 8. Rom. 8. 24. 1. Ioh. 3. 2. nam qui servat sermonem Christi; hoc est; credit in eum; mortem æternam nequaquam videt; Ioh. 8. 51. 52. & 11. 25. 26. sed cum Christo vivet. Ioh. 14. 19.

V. Quod vera fides non sit mortua; quam Iacobus cap. 2. 14. &c. impugnat; sed cum Deo ac proximo agat; licet diversa creyentia & quod per dilectionem illam exserat Gal. 5. 6. quâ tamen creyentia fides non perficitur; sed agnoscitur Ioh. 13. 35.

35. [Ἐλεγχός] Non recensebimus hīc omnes errores; quos hinc refutare facile poteramus; sed tantum eos; qui nobis cum Pontificijs; contra quos jam disputamus intercedunt: reliquos autem Anabaptistarum; Synergistarum; Photinianorum; Origeni; Osiandri &c. alij reservabimus loco & temporis.

I. Si autem Iustus ex fide vivit; operibus legis non justificatur ulla caro Rom. 3. 20. Neq; est; quod hīc excipiunt Pontificijs; se neq; illud asserere; sed inter opera legis; hoc est; quæ naturæ virtutibus

ribus fiunt, & ante conversionem, & gratiæ, quæ Christus post  
illam in pijs operatur, distinguere, quorum hæc justificant, non  
illa &c. sup. th. 28. Omnia enim opera legis, in ea præscripta,  
ad ejus normam quoq; tempore facta, ab actu justificationis  
prosternuntur per Apostolum. & ut hic verborum facia-  
mus compendium, Abrahami justificati justificatione prima,  
opera à justificationis actu removentur. Rom. 4. 2. 4. 9. Gal. 3. 6. 7.  
Galatarum item conversorum Gal. 3. 3. 7. 9. 10. 11. 12. Idem pro-  
bant reliquæ exclusivæ particulæ satis manifeste hanc distinctio-  
nem refutantes vide Bellarm. l. 4. de Iustif. c. 18. 19. & in primis Riberam  
num. 16. qui valde remittere assertit, quod de prima justificatione  
( ut loquuntur Pontificij ) semper agat Paulus in epist. ad Rom.  
& ad Galat. non de conservatione gratiæ, quæ sine dubio per  
opera legis conservetur.

II. Si justus ex fide vivit, sacramenta non conferunt gratiam ex  
opere operato sine fide & bono motu uentris, ut communiter asse-  
runt Scholastici. Concil. Trid. sess. 7. Can. 8. vide Bellarm. l. 2. de effectu  
Sacram. c. 1. & 2. ubi frustra conqueritur, se & suos socios, Scho-  
lasticos in primis, onerari calumnijs

III. Si justus ex fide sua vivit. 1. Fides non est nudus aut ge-  
neralis assertus etiam in rem incognitam. Bellarm. l. 1. de Iustif. c. 7.  
2. Fides implicita & Carbonaria damnatur. Hosius Cardinalis l. 3. de  
autorit. scriptura. 3. Nec parvuli in fidem Ecclesiæ aut Patrio-  
rum possunt baptizari Bellarm. de Sacram in gen. c. 20 & l. 1. de Sa-  
cram. baptismi. c. 11. 4. Fides aliena ad vitam æternam nulli pro-  
delle poterit. Quod si ita est, omnis Indulgenciarum apparatus de-  
struitur, quem jactitant adeò, & nummo interveniente largiter  
disperciuntur Pontificij. Vide Bellarm. de Indulgencij.

IV. Si justus ex fide sua vivet. 1. Fides non tantum est ini-  
tium & fundamentum nostræ justificationis. 2. Bona opera  
non sunt necessaria ad salutem. 3. Opera non parant aut con-  
servant fidem aut salutem. 4. Et per Consequens neq; per spem  
propriè custodimur ad salutem, quales propositiones non tan-  
tum apud Pontificios hinc inde reperiuntur, sed etiam apud alios  
quosdam August. Confessionis quondam socios, qua de re videa-  
tur Formula Concordia Christ. & qui in eam scripsierunt.

36. Εμνεόθωσι] Si justus ex fide vivit. 1. desinant homines suis operibus turgere, eorumque meritum urgere: potius Dei misericordia, Christique sufficientissimo merito fide apprehensio niti atque confidere incipient. Rom. 10. 3. & 4. 2. Qui hactenus habuerunt fidem hypocriticam aut mortuam, nulla profarentem bona opera, redeant in viam & ad vitam, paenitentiam agant, Evangelio credant, ut iram venturam effugiant: fide iustificati fructus paenitentiæ dignos proferant, ut graviter monet baptista Matth. 3. 2. 7. 8. imo Christus ipse, Matth. 4. 17. Confer Luc. 13. 3. 5. 6. 7. Iacob. 2. 18. Matth. 7. 17. & 12. 33. Act. 8. 22. 3. ολιγοτιμi orient, ut firmiores concipient fiduciam Marc. 9. 24. Luc. 17. 5.

37. Παιδεία] Si justus ex fide sua vivit. 1. Nemo potest gloriari Eph. 2. 9. 2. Et, si fides est donum Dei, quod dat per ordinaria media, Verbum & Sacra menta, ijs utamut, cum debita reverentia & pia diligentia. Rom. 10. 17. Gal. 3. 27. Tit. 3. 5. 7. Matt. 26. 28. 3. Deo pro tanto insigni dono vere gratuito agamus gratias, dictis eum laudantes, & factis glorificantes. 4. Ministri verbi non tantum fidei doctrinam, sed etiam bonorum operum sedulò inculcent, & homines coram Deo & hominibus dignè Evangelio ambulate doceant. Eph. 4. 1. Phil. 1. 27. Col. 1. 10. 1. Thess. 2. 12. ut castè, justè & piè vivant Tit. 2. 12. Hoc enim qui non fecerint, sciant, se neque fide vivere, licet illam jactent. Matt. 7. 17. 18. & c.

38. Παράκλησι] Si justus ex fide sua vivit. 1. Solatium hic habent longè maximum, qui peccatis seipso gravatos & onerosos sentiunt, Matt. 11. 28. nullam justitiam in se inveniunt Ps. 106. 6. Dan. 9. 5. 7. aegroti fugiant fide ad Christum Medicum Matth. 9. 12. mortui ad vitam, errantes ad viam. Ioh. 14. 6. perditæ ad Salvatorem, Matt. 18. 11. oves miseræ ad animarum pastorem Luk. 15. 4. & c. 1. Pet. 2. 25. fide, in quam, sine qua Deo nemo placet Hebr. 11. 6. 2. Infirma fide prædicti bono sint animo, cum audiant, qualibet fide vera, licet infirma, justum vivere, & per eum, qui est solus omnia, sciant se posse omnia Marc. 9. 23. Phil. 3. 12. nec minus accepit fides centurionis languida. Ioh. 4. 48. & c. quam alterius firmissima Matt. 8. 10. eandemque salutem reportat Maria Magdalena, Luk. 7. 50. & mulier Cananæa Matt. 15. 28. Omnis enim vera fides

et c.

*officiorum. 2. Pet. 1. n. propter unum idemque objectum, quomodo dicitur una fides, Eph. 4. 5. communis fides Tit. 1. 3. ut videre est, quando omnino pares erogantur eleemosynæ, unus mendicus valida & sana, alter infirma & ægrora manu accipit eandem specie: Ita hæc fides omnis unum Christum, unum λύτρον arripit. Atque hactenus pro instituti nostri ratione Iesu nostram breviter declaravimus & confirmavimus: restat ut ad ἐν πατέρεσι Pontificiorum progrediamur.*

### **ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ Pontificiorum ejusque argumentationis.**

Dictum hactenus explicatum à prava adversariorum expositione & detorsione vindicatur, congregiemur, non quidem cum omnibus gregarijs Papæ militibus, sed cum paucis antesignanis ac duicibus, in controversiarum enodatione cum Bellarmino & Cestero: In scripturæ, & in primis hujus loci explicatione, cum Ribera, ex Jesuitis, quos novimus, Prophetarum minorum interprete celeberrimo. Argumenta vero proponemus eo, quo apud ipsos sequuntur ordine, indicato nostras theses loco, cui sunt opposita.

39. *Apud Bellarminum; cui hoc dictum suedes est in oculis, alioquin in locis vera nostra refutatur explicatio. Primus extat T. 2. Contrev. 1. generalis l. 2. de effectu Sacram. c. 9. p. 212. Ubi illud in controversia de opere operato (vide sup. thesis 35. membrum 2.) à nostris errori Pontificiorum oppositum ita oppugnat. Lutherus, inquit, in Babylone, cap. de Baptis. & in assertione i. articuli, sic argumentatur: Habacuc dicit, Justus ex fide vivit, non autem dicit, ex Sacramentis vivit. Igitur Sacraenta non justificant nisi excitando fidem. In hac sententiæ Lutheri allegatione notanda sunt duo: Primi, quod in loco priori, quem Bellarminus citat, nulla hujus argumenti fiat mentio: Posteriori, simpliciter Jesuita accipit, quod Lutherus dixit secundum quid de Sacramentis, quatenus scilicet à Pontificijs asseritur, quod gratiam conferant ex opere operato, ex vi ipsius actionis Sacramentalis à Deo ad hoc institutæ, ut Bellarminus id explicat l. 2. de effectu Sacramentorum c. i. p. 177. & t. ii. p. 228. Hic autem Lutheri verba simpliciter primum citans, facile in-*

cautos posset decipere, quasi is afferat, Sacra menta nihil conferre gratiæ, quod ipse nunquam statuit, & contrarium saltem dicta scriptura à Bellarm. citata ex Act. 2. 38. & 22. 16. probant, videlicet, quod Sacra menta conferant gratiam, modum vero, quem vult Jesu ta, non indicant.

40. Ad Lutheri argumentum ita productum respondeat & obijit 1. Si scriptura non dicit, quod Justus ex sola fide vivat, etiam suus Sacramentis est locus. Sed scriptura id expresse non dicit. E. Resp. 1. Concedendo totum argumentum dextrè intellectum, quia & Sacra menta sunt media justificationis ex parte Dei.

Resp. 2. committit ignorationem elenchi, quia non est probandum, quod Sacramentis suis relata quatur locus: Sed illud, an Sacra menta justificant sine fide, quæ ex parte nostra intervenient & quasi manus apprehendens est & obviens Dei manu, offerenti in Sacramentis gratiam. hoc negamus cum Luthero, non illud.

Resp. 3. Vocabula *Sola* excludit saltem reliqua omnia in eodem causarum genere, nec determinat subjectum, quæ fides excludat reliquias virtutes, ne ad sint tanquam signa, aut comitentur tanquam fructus, sed prædicatum, quod ab isto organico munere apprehendendi Christum, eiusq; merita, sint sejunctæ: ut cum dico, Solus oculus videt, non segregat reliqua, quæ ad visionem concurrunt aut videnti adlunt, nisi ab apprehensione objecti viabilis, quod mediare solo oculo recipitur.

41. II. Objectio Bellarm. Si homo per baptismum regeneratur & salvatur, non solā fide vitam consequitur justus. Sed illud, Joh. 3, Tim. 3. Ergo Resp. est ignoratio Elenchi, quæ oritur ex fallacia *enyeγησεως*. Non enim negamus nos antecedens dextrè acceptum, sed consequens male intellectum. quod ad illud, largimur quod baptismus regeneret. Quæstio autem inter nos & Pontificios est de modo, utrum faciat hoc ex opere operato seu vi actionis; an verò fidem excitando, conferendo, confirmando? hoc nos, & ita mediare; illud Pontificij, & immediate volun fieri. & hoc erat probandum Bellarm. baptismus regenerat ex opere operato. Quod ad hoc, jam responsum est thesi præced. quomodo hominem fide sola justificari dicamus, non quod fides

ft

Et solā ut Pontificij nostram sententiam explicant, sed quod solum  
agat, ut nos rectius nostram mentem exposuimus.

42. *III. Objectio Bellarm.* Dictum imperiunenter allegatum  
nihil probat. Hoc est tale. Ergo. Minorem probat, quia Luther-  
rus id citat ad confirmandum, quod homo fiat iustus fide: Pro-  
pheta autem *Habacuc*. c. 2. 4. & ejus in epistola Paulus *Hebr.* 10. 38. non  
agunt de Justificatione, sed de patientia & longanimitate: Et  
verba illa, Justus ex fide vivit, ad literam significant, justus ex fi-  
de, quam habet, constanter expectat, quæ Deus promisit.  
R. t. ad minorem syllogismi ejusq; probationem per insufficiatio-  
nem. Quod enim agat de Justificatione, constat ex Paulo *Rom.* 1. 17,  
*Gal.* 3. 11. ut supra probatum est *Ihesi* 25. 26. Et hic *Bellarmino* opponi-  
mus *Riberam*, qui in hunc locum ita scribit, num. 16. Video recen-  
tioribus Pauli enarrationibus multis videri, nequaquam Prophe-  
tam de Justificatione hominis loqui, sed hoc dicere: Ex fide vi-  
vet; h: e: fide sustinebit se, & perdurabit spe liberationis futu-  
ra &c. quæ explicatio si vera est, quomodo verum esse potest,  
quod Paulus *Gal.* 3. inquit, quoniam in lege nemo justificatur apud  
Deum, manifestum est, quia justus ex fide vivet, quod quid est  
aliud, quam dicere, nemo justificatur per opera legis, sed per fa-  
dem, quia justus ex fide vivet? Si ergo de justificatione impij  
Propheta noster locutus non est, male argumentatur Paulus.  
Haec ille, & haec tenus recte, quæ vero sequuntur, male, ut paulo  
post videbimus. *thes.* 52. 52. 54. 55.

Resp. 2: Committit fallac. oppositorum, quia quæ pro op-  
positis habet Jésuita, talia sunt, quæ se mutuo constituant, &  
non pugnant, videlicet fiducia apprehendens Christum & justi-  
ficans, ac spes postea sustine ns propter eum tribulationes, sicut  
supra pròlixius aliquoties declaratum est. *th.* 5. 17: 25. 29. Ex  
abundanti hoc loco addimus, ἀντίθετα apud Prophetam & Apo-  
stolum satis ostendere, de qua vita loquantur, nempe de ea, cui  
opponitur ejus interitus, cuius animus in Deum ejusq; verbum  
non est rectus, qui est in hac vita exclusio ab Ecclesia militante,  
& post hanc vitam à triumphante. *Acto.* 8. 20. 21.

43. Eadem fallacia Oppos. committitur à *Bellarmino*. sequenti  
*Instantia:* Justificatio tribuitur fidei, sed non soli. Ergo non ju-  
stificat

ificat sola, sed etiam Sacra menta. Vel ita. Si Sacra menta justificant, non fides sola. Sed illud. E. Resp. Tantum abest, ut hæc se mutuo tollant, ut potius tanquam subordinata se mutuo ponant, quia per Sacra menta datur fides, quæ ut instrumentalis causa ex parte nostra, sola justificant.

44. Secundus locus apud Bellarm. ubi hoc dictum corruptit, est I. i. de lustif. c. 13. p. 56. Argumentum est tale: Ex quo vivimus, id justificant. Sed ex fide vivimus Habac. 2. 4. & ex timore servili, Prov. 14. 27. Ergo fides & timor servilis simul justificant, seu, quod est argumentum illius capituli apud Bellarm. fides sola non justificant, quod est contra thesin nostram generalem 9. 33. 35. Resp. ad assumptionis posteriorem partem. i. est *ψλδεριων* cùm non sit sermo de timore servili, de quo accipit Bellarm. ut patet ex præcedentibus, sed de filiali, qui ex amore in patrem cavet, ne eum offendat peccatis Mal. 1. 6. Hebr. 4. 1. Phil. 2. 12. Ps. 2. 11. quorum hic præcipitur, ille rejicitur: hic ad Deum accedit; ille à Deo recedit: hic hominem beatum; ille miserum facit. Vide Ps. 34. 10. Luc. 12. 32. Ps. 128. 1. 1. Ioh. 4. 18. Bellarminus autem hic agit de illo timore, ut in initio monet, de quo I. 2. de pœnit. c. 17. 18. Sed ibi agit de timore, qui propriè est servilis. p. 225. & quem Lutherus damnavit. Salomon autem in loco allegato agit de illo timore Domini, in quo est fiducia valida, ut seipsum explicat. v. 26. qui non est servilis, quippe qui non confidit, sed dubitat, metuit, horret. Rom. 8. 15. 2. Tim. 1. 7. 1. Ioh. 4. 18. ut exempla Caini, Saulis, Judæ, imo & protoplastorum nondum reconciliatorum cum Deo, Gen. 3. 8. 10. testantur.

Resp. 2. Esse fallaciam parium, quia aliter ex fide, aliter ex timore Dei vivimus. Fides est fons vitæ, quia amplectitur promissionem gratiæ, & accipit remissionem peccatorum, quam sequitur vita. Timor seu reverentia Domini filialis est scaturitus vita; quia caver peccata, recedendo à tendiculis mortis, ut est in textu, cum quo confer cap. 13. 14. Concludimus ergo: Fides vivificat, per boni, quod confert, præsentiam; Timor Domini, per mali, quod caver, absentiam, atq; ita hæc duo non eodem fere modo viram donant seu justificant, quod probare intendit Bellar. p. 55.

Ne

Nevero pleriq; omnes nostates cogantur timori Dei filiali,  
ut pote virtuti, vitam effectivè tribuere; id quod omnino sequi pu-  
rant, quando scaturigo vitæ dicitur, ad hunc locum Prov. 14. 27.  
respondent; Hic per timorem seu reverentiam Jehovæ synech-  
dochieè intelligi pietatem seu totum cultum divinum, cuius pars  
potissima cum sit fides, hujus respectu & vi, toti attribui, quod  
propriè est illius partis principalis, ratione objecti à se appre-  
hensi &c. Nos autem quia putamus, non sequi necessariò, ut  
scaturigo vitæ semper significet ipsam vitæ causam efficientem,  
quomodo Deus est causa vitæ conferendæ efficiens principalis, ut  
dicitur Ps. 36. 10. Ier. 2. 13. & 17. 13. causa instrumentalis vitæ offeren-  
dæ ex parte Dei, Verbum & Sacra menta Ps. 68. 72. Zach. 13. 1. lob. 4. 14.  
oblatæ recipiendæ ex parte nostra fides, Habac. 2. 4. cum præterea  
etiam scaturigo vitæ in scriptura significet modum vitæ conser-  
vandæ, ne amittatur, ut doctrinam sapientis Prov. 13. 14. timorem fi-  
lialem Prov. 14. 27. intelligentiam Prov. 16. 22. hominem præditum  
sapientia Prov. 19. 4. sicut è contrario scaturigo corrupta dicitur  
justus, qui dimovetur coram improbo Prov. 25. 26. unde appetet  
eandem phrasin diversimode accipi, & nostram subsistere posse  
sententiam.

45. Tertius locus Bellarm. est l. i. de Iustif. c. 15. p. 74. Ad literam  
videtur sententia illa, Justus ex fide vivit, significare, Justum su-  
stentare se ac tolerare desiderium cœlestis patriæ ex fide, quo-  
niam fides præsentem quodammodo facit eam beatitudinem,  
quæ suo tempore futura speratur. Cæterum illud etiam est ve-  
rissimum, justum vivere spiritualem vitam ex fide, sed ex fide,  
qualis est in hominibus justis, i.e. formata per charitatem. Hoc  
verò est contra thesin nostram 9. 18. 19. 25. 27. 28. 33. 35. Resp. 1.  
Contradicit hic Bellarm. non tantum Paulo & Riberæ, ut in via-  
dicatione primi loci vidimus, sed etiam sibi p̄s, ut in secundo lo-  
go habuimus, ubi dictum de ipsa justificatione agere concedit,  
quæ etiam est ratio, quod tam dubitanter primum afferat, videtur  
significare, & paulò post seipsum corrigens concedat, quod ju-  
stus vivat ex fide, sed formata.

Resp. 2. Falsum est, quod fides rem absentem faciat præsen-  
tem, cuius proprium est, promissionem præsentem rei absentis

in verbo factam firmiter amplecti. vide Hebr. 11. 1. 13. 2. Cor. 5. 7.  
Breviter ita habe: *Fides intuetur verbum rei, spes rem verbi.*

46. Et quia hoc loco sit mentio fidei formata & informis, & Bel-  
larm. alijq; Pontificij s̄pē ad hanc distinctionem velut sacram-  
anchoram recurrent, breviter illam hīc quoq; refutabimus. Fi-  
dei informis dicunt, quæ nudo assensu constat, quæq; in ipsis  
quoq; diabolos, & homines impios cadit: *Formatam*; quæ per  
charitatem adjunctam perficitur, ut Deo placeat, & hominem  
justificet. Informe hoc distinctionis monstrum, cuius termini  
obscuri & barbari, & res ijs contenta absurdā ac Scripturæ con-  
traria, quia ex Philosophia & Theologia simul conflatum est;  
Philosophicis & Theologicis rationibus abigemus. Monstrum ego  
rectè voco, quia ex duabus diversis speciebus & formis constat  
ejus membrum posterius, prius vero ne quidem formam habet:  
*Lutherus in Comment. in c. 3. ad Gal.* appellat impiam & Satanicam  
glossam, pestileos sophistarum figmentum, blasphemumq; in  
Deum, nugas &c. quam recte, jam videbimus.

47. In Philosophia ex multis sufficiant nobis hæ paucæ rationes?  
II. Omnis habitus constat forma propria: & contra, nullus habi-  
tus constat formis duabus. Omnis fides est habitus. Ergo con-  
stat sua forma propria. Quomodo igitur quædam est informis,  
si habet formam? E. etiam nulla fides constat duabus formis:  
quomodo igitur fides habebit fidei formam & charitatis? II. Quæ  
de se non possunt prædicari, illorum alterum non potest infor-  
mare alterum. Habitus disparati de se non possunt prædicari.  
Ergo illorum alter non potest informare alterum. Quomodo  
igitur charitas informabit fidem; cum sit habitus disparatus;  
quia fides & charitas diversas habent specificas differentias, etiam  
diversa, juxta Pontificios, subjecta: quia fides apud illos est tan-  
tum in intellectu, charitas in voluntate, secundum quosdam in  
corde. III. Nullus effectus informat suam causam. Charitas  
est effectus, fides causa. E. IV. Quod per aliud informatur, est  
materia. Fides non est materia, quia formatus per se habitus, &  
agit seu operatur, non patitur. E. quod est Lutheri argumentum  
scilicet ab eo propositum: Si charitas est forma fidei, fides erit pura  
materia charitatis, erit quoddam informe chaos, misera virtus,  
nullius.

nullius operis; efficacia & vita, sed tantum passiva materia. Et notatum dignum est, quod quando ad reliqua aliquid regerit Bellarm. ad hanc potissimum Lutheri querelam nihil reponit quicquam.

48. In Theologia vero extant longè plurima, quæ hanc distinctionem refutant. Nos brevitatis ergo ex ipsis producimus pauca. I. Quæ in scriptura neque sunt neque dicuntur, falsa sunt in fidei articulis. Hæc distinctio est talis. Ergo. II. Quæ in acta justificationis inter se opponuntur, eorum alterum in eo non potest informare alterum. Sed fides & charitas, quippe opus, sunt talia. Ergo. III. Sic argumentatur in loco allegato Lutherus: Quicquid Christi meritum extenuat, fidem non perficit vel informat. Charitas sensu Pontificio accepta illud facit. Ergo. Minorem ille ita probat: Si charitas est forma fidei, statim cogerentur, charitatem esse maximam partem Christianæ religionis, & sic amitto Christum, Christiq; sanguinem & vulnera, omniaque ejus beneficia, inhæreo charitati, & venio in facere morale. IV. Quod est ex lege & imperfectum, non potest informare id, quod est ex Evangelio, & perfectum. Sed charitas est ex lege & imperfecta, fides ex Evangelio. Gal. 3 & ratione objecti apprehensi perfectissima. Ergo. Sed cogimur hic abrumperet, & objectiones adversariorum in disquisitionis publicæ conflictum reservare.

49. Quartus locus ubi dictum hoc apud Bellarm. depravatus est l. de iustif. c. 29 p. 100. In forma sicut habet Bellar. argumentum: Qui loquitur de fide viva, h. e. cum operibus seu per charitatem operante, ille non dicit, quod homo fide sola justificatur. Sed Habacuc loquitur. E. Negavimus hoc supra th. 9. 18. 19. 25. 27. Resp. Major si dextrè intelligatur, videlicet quod fides non sit sola, licet sola justificet, ut supra fuit declaratum, th. 40. totum argumentum potest concedi: Verum sensu Pontificio si accipiatur, nulla in majore est connexio, quia cum fide sunt opera, sed hæc non idem agunt, quod isthæc. Imò potest argumentum inverti: Qui loquitur de fide viva, dicit quod homo sola fide justificetur, quia fides viva excludit opera, quando agit cum Deo, accipiens peccatorum remissionem.

50. Quintus locus est l. 2. de Iustif. c. 4. p. 143. 145. Cum Lutherus supra citato loco ita scripsisset: Benè potuisse dicere Spiritus S. qui dat omnibus os & linguam, Justus ex fide formata vivit: sed consultò omisit hoc, & simpliciter dixit, Justus ex fide vivit. Abeant igitur Sophistæ in malam crucem cum sua Saranica glossa &c. Bellarm. sic excipit: Non deerant verba Spiritus S. quibus per prophetam suum illud efficeret, justus ex fide formata aut etiam ex charitate vivit, sed maluit dicere, ex fide vivit, vel quia non loquebatur de vita iustitiae, sed vita spei, quæ justum patienter exspectare facit: Vel quia commendare volunt id, unde initium dicit vita justorum. Resp. 1. Per Iustificationem. Quod enim loquatur propheta de vita iustitiae, supra in examine loci 1. Object. 3. probatum confidimus. Nunc ex abundanti illud adjicimus, quod vita iustitiae vita spei non sit opposita, ut Bellarm. putat; atq; ita, ubi agitur de vita, non possit agi de altera, sed subordinata ac utraq; vita ex fide, quippe cuius effectus est & iustitia & spes, sup. thesi. s. 26. 30. Et si propheta commendat id, unde initium dicit vita justorum, commendat fidem ipsam, non autem informem seu mortuam, quia ex illa non dicit initium vita justorum, sed vivam, quæ per opera se exerit & in calamitatibus patientiam suam Deo probat.

51. Præcipuo huic Romana curia. ~~τερπαχω~~, sed alio armorum genere instructus, succenturiatus succedit Franciscus Costerus, in Enchiridio Controversiarum, loc. de Fide c. 4. p. 171. dum sic scribit super hunc locum: Justum ex fide vivere, nihil aliud esse videtur, quam justum ad normam fidei totam vitam dirigere ac formare, quomodo dicere consuevimus, quempiam medice vivere, neimpe ex medicina præscripto. Argumentum est tale: Qui tantum dicit, justum ad normam fidei vivere, non assertit eo in loco hominem fidei iustificari. Habacuc illud tantum dicit. Ergo. Contradicit hoc nostra thesi 9. 18. 19. 25. 27. 28. 33. 35. Resp. 1. ad Minor. simpliciter negando, quia 1. Scopus propheta aliud innuit. 2. Interpretatio & citatio Pauli Apostoli aliud suadet. 3. Reliqui Pontificij aliud dicitant.

Resp. 2. Distinguendo inter fidem scripturæ, quæ creditur, & fidem cordis, qua creditur. De illa loquitur major, de hac minor, quomodo oriuntur in hoc argumento 4. termini

Resp.

Resp. 3. Ipse Costerus non multum huic glossæ fudit, cum dicit, videtur, ut supra Bellarm. in simili expositione falsa, thesi 45.

Resp. 4. Similitudo allata huc non quadrat. Primum, quia est diversa ratio loquendi, cum propheta non dicat, Justus fideliter vivit, sed ex fide: Costerus vero & vulgo loquimur, non, sicut ex medicina vivit, sed medicè, hoc est, ad medicinæ præscriptum: Et planè alia ratio vivendi: Siquidem vitam medicam agendo vivimus, dum per opera quædam ex medicinæ præscripto recte peractâ acquirimus & conservamus corporis sanitatem; vitam justitiae vivimus credendo, & non per opera nobis paramus aut conservamus animæ salutem. Est igitur hoc simile haecenus prorsus inconveniens & ineptum.

52. Dictum propheticum à plerisque Pontificiorum eorum qui controversias tractant, depravationibus præcipuis breviter vindicavimus: Restat ut scripturarum interpreti Riberæ paucis occurramus: Ille cum prius contra suos socios Pontificios probasset prolixè, quod agat noster propheta de ipsa Justificatione, idq; tam planum esse dixisset, ut nemo, qui paululum consideret, dubitate possit, posteriori loco nostram sententiam refutandam sibi sumit, quod sola fide non vivat justus seu justificetur, Sed quod fides carum sit vita hujus initium vel fundamentum, cui complementi loco sit adjungenda charitas.

53. Argumenta ejus sunt valde levia, quæ tamen, quid ponders habeant, videbimus. I. sponsa Christi sensum Christi Sponsi ejusque amicorum, prophetarum & Apostolorum optimè explicat. Atqui Ecclesia Catholica est sponsa Christi, ejusque interpres optimus Tridentinum Concilium ss. 6. can. 3. Ergo optimè sensum Christi prophetarum & apostolorum explicat, & per consequens verum est, quod sola fide homo non justificetur. Resp. negando minorem, in qua est meta petitio principij. Et quia nullam rationem hic affert Jesuita, & hæc controversia est prolixior, quam ut paucis possit absolvit: Num Romana Ecclesia (illam enim per Catholicam intelligit valde impropriè) sit Christi sponsa, an vero potius meretrix Babylonica, in alium locum & tempus eam reservabimus. Antagonistam verò interim ad examen Concilii Tridentini a Domino Chemnito institutum allegamus.

54. II argumentum. Particulae in, per, ex, omne genus causæ indicant, nullum excludunt. In hoc dicto est una ex ijs. Ergo omne genus causæ indicat, & proinde fides non excludit virtutes reliquias. Resp. 1. ad. majorem distinguendo inter totam scripturam & unum certum ejus locum. De illo quodammodo vera est, de hoc falsissima. Una enim particula in uno loco unam significationem saltem habet, & unum genus causæ denotat, non omne, & proinde reliqua excludit causarum genera, id quod ex ijs locis, quæ ab ipso Ribera subjiciuntur, diligenter consideratis, liquet.

Resp. 2. ad eandem major. ampliando, reliquias causas non tollunt unamquamq; in suo genere, sed tamen in eodem genere excludunt omnes, ut Prov. 8. 15. per me reges regnant, non tolluntur, inquit Jesuita, deliberationes &c. Sed audiat. In causæ efficientis principalis genere omnes præter Deum hæc particula excluduntur, & sensus est, ego solus reges primario constituo. Sic, ut per Blasius retorqueamus hoc argumentum: Ex fide vivit Justus, hoc est, ex fide tanquam instrumentalis causa respectu nostri soli. Interim libenter largimur, quod plures causæ ad totum justificationis actum requirantur, Causa efficiens principalis Deus, meritoria Christus &c. Verum hic est status controversiarum: Num aliud sit organon, quo apprehendamus Christi meritum, jo verbo & Sacramentis oblatum, quam fides? Nos negamus, & dicimus ita fidem solam justificare, non excludentes reliqua causarum genera, nisi ab organico munere ex parte nostra, quod tantum fidei scriptura tribuit, quando dicit, Αγε τιστεως, οντιστεως, μισα.

55. III argumentum. Ut se habet vita naturalis, sic spiritualis. Sed illa ita se habet, ut præter cor requirantur plura ad vitam necessaria. Ergo & in hac spirituali vita præter fidem tanquam cor virtutum, requirentur multa. Resp. Simile non probat sed illustrat, & est valde dissimile. Longè enim aliter se habet vita naturalis, quam spiritualis, præcipue in hoc, quod illa habeat plura organa, per quæ conservatur; hæc tantum unum, quo accipitur & conservatur, quod est sola fides, idq; constat, queniam hinc omnia removentur opera. Sed iterum retorqueamus argumentum.

gumentum hoc modo: Ut in vita naturali tantum est unum cor,  
in quo gignitur spiritus vitalis, & hoc respectu recte licet dicere,  
ex solo corde ita vivit homo, ut inde habeat & hauriat omnem  
vitalem spiritum, sicut ex jecore solo naturalem, ex solo cerebro  
animalem accipit spiritum, ut demonstrant physici, Ita hic unum  
vitæ accipiendæ instrumentum est sola fides, ex qua homo spi-  
ritualis spiritum vitalem suum haurit. Sed ibi est unum cor, ex  
quo, dicto modo, omnis vita. Ergo & hic, fides. si qua conclu-  
dendi vis in hoc Iesuitæ argumendo.

56. IV argumentum, quod est apud ipsum Enthymema: Fides  
sine charitate rejicitur. Gal. 5. 6. E. cum charitate justificat. Resp.  
brevissimè. Illa fides justificat, quæ per charitatem est operans,  
hoc est, vera & viva: Sed non sequitur: Charitas fidei justificant  
adest, Ergo idem facit, quod fides, & cum ea justificat. vide sup<sup>t</sup>  
th. 49. Quo de argumento sapientiam actum à nostris, & satis egre-  
gie à nostro Luthero, & proinde ne actum agamus, gratijs  
non quas debemus, sed quas possumus, Deo  
actis concludemus.



N.

*Ne qua vacaret pagina, placuit ipsius Lutheri verba.*  
(ex quibus nonnulla allegabimus th. 46, 47, 48.) hic ex Commentario  
in 3. Cap. epistole ad Galatas apponere.

**S**ophistæ duplēm faciunt fidem, informem & formatam. Hanc pestilentię simiam & Satanicam glossam non possum non vehementer detestari. Quamvis, inquit, adit fides infusa, quæ donum Spiritus Sancti est, & acquisita, quam nos ipsi parimus nobis multis actionibus credendi, tamen utraque est informis, & formatur charitate. Sic fides sola (*sine charitate*) juxta ipsum opinionem, est quasi pictura & res speciosa in tenebris, quæ tum primum videri potest, cum lux, id est, charitas accesserit. Itaque charitas est forma fidei, & fides pura materia charitatis. *Et postea:* Ista omnia blasphemia in Deum & Satanica sunt, quæ prouersus avocant à Christiana doctrina, à Christo mediatore & à fide apprehendente Christum. Nam si charitas est forma fidei, statim cogor sentire, ipsam charitatem esse principalem & maximam partem in Christiana religione. At Spiritus Sanctus novit etiam loqui, & bene potuisse dicere, ut Sophistæ impie nugantur, *Justus ex fide formata habebit;* sed consulens omisit hoc, & simpliciter dixit, *justus ex fide habebit.* Abeant igitur Sophistæ in malam crucem cum sua impia & pestilente glossa. Nos volumus retinere & extollere hanc fidem, quam Deus fidem vocavit, id est, veram ac certam fidem, quæ non dubitat de Deo, nec de divinis promissionibus, nec de remissione peccatorum per Christum, ut tui & securi manere possimus in obiecto Christo, & retinere in oculis passionem & sanguinem Mediatoris & omnia ipsius beneficia.

*Baron doce Oēn.*









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn742263916/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742263916/phys_0039)

DFG



gumentum hoc modo: Ut in vita naturali tantum e  
in quo gignitur spiritus vitalis, & hoc respectu rect  
ex solo corde ita vivit homo, ut inde habeat & ha  
vitalem spiritum, sicut ex jecore solo naturalem, ex  
animalem accipit spiritum, ut demonstrant physici,  
vitæ accipiendæ instrumentum est sola fides, ex c  
ritualis spiritum vitalem suum haurit. Sed ibi est  
quo, dicto modo, omnis vita. Ergo & hic, fides.  
dendi vis in hoc Iesuitæ argumento.

56. IV argumentum, quod est apud ipsum Enth  
sine charitate rejicitur. Gal. 5. 6. E. cum charitate j  
brevisimè. Illa fides justificat, quæ per charitatem  
hoc est, vera & viva: Sed non sequitur: Charitas fi  
adest, Ergo idem facit, quod fides, & cum ea justi  
th. 49. Quo de argumento sapè jam actum à nostris  
gié à nostro Luthero, & proinde' ne actum aga  
non quas debemus, sed quas possumus,  
actis concludemus.

